


## PSALME 33 - TON VIII G



1. Be-nedícam Dóminum in ómni **témpore** : \*  
semper laus ejus in *o-re me* - o.
2. In Dómino laudábitur ánima **mea** : \* áudiant mansuéti, *et laeténtur*.
3. Magnificáte Dóminum **mecum** : \* et exaltémus nómen ejus *in idípsum*.
4. Exquisívi Dóminum, et exaudívit me : \* et ex ómnibus tribulatió nibus meis **erípuit** me.
- ANT.**
5. Accédite ad eum, et illuminámini : \* et facies vestrae non **confundéntur**.
6. Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudívit **eum** : \* et de ómnibus tribulatió nibus ejus **salvávit eum**.
7. Immittet Angelus Dómini in circúitu timéntium **eum** : \* et **erípiet eos**.
8. Gustáte, et vidéte quóniam suávis est **Dóminus** : \* beátus vir qui **sperat in eo**.
- ANT.**
9. Timéte Dóminum omnes sancti **ejus** : \* quóniam non est inópia **timéntibus eum**.
10. Divites eguérunt et esuriérunt : \* inquirentes autem Dóminum non minuéntur **omni bono**.
11. Veníte, fílii, audíte me : \* timórem Dómini **docébo vos**.
12. Quis est homo qui vult **vitam** : \* díligit dies **vidére bonos** ?

**ANT.**

13. Próhibe linguam tuam a **malo** : \* et lábia tua ne loquántur **dolum**.
14. Divérte a malo, et fac **bonum** : \* inquire pacem, et perséquere **eam**.
15. Oculi Dómini super **justos** : \* et aures ejus in preces **eórum**.
16. Vultus autem Dómini super faciéntes **mala** : \* ut perdat de terra memóriam **eórum**.

**ANT.**

17. Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivit **eos** : \* et ex ómnibus tribulatió nibus **eórum liberávit eos**.
18. Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt **corde** : \* et húmiles **spíritu salvábit**.

Glória Patri, et **Fílio**, \* et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc, et **semper**, \* et in saécula saeculórum.

**Amen.**